



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

XCIII. Der Magistrat der Neustadt Brandenburg vergleicht das Domcapitel mit Wilkin von Mötzkow über ein Lehn daselbst, am 14. April 1267.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**XCIII.** Der Magistrat der Neustadt Brandenburg vergleicht das Domcapitel mit Willekin von Mößow über ein Lehn daselbst, am 14. April 1267.

— consules et scabini nove civitatis Brandenburg — suborta inter venerabiles viros, dominum Lampertum prepositum et suum conventum in Brandenburg ex parte una, et Willekinum, dictum de flavicali Moczow, ex altera, super tribus mansis in eadem villa Moczow flavicali, quos a preposito et conventu predictis idem Willekinus in feudo se tenere dicebat, ipsis in contrarium asserentibus, materia questionis, quidam, qui utriusque partis extiterant amatores, partibus insisterunt, quatenus predictam discordiam inter se componerent neve ad se traheret majus malum, amabili conventionem sedarent, quorum consiliis acquiescentes taliter convenerunt: quod nominatus Willekinus non vi, non dolo sed libera et spontanea voluntate renunciaverit omni juri et feudo, quod in predictis tribus mansis a domino Petro, quondam Brandenburgensis ecclesie preposito, se tenere dicebat et de manu domini Lamperti, venerabilis viri, nunc prepositi Brandenburgensis de consensu sui conventus ad tempus vite sue et uxoris sue dumtaxat recepit in feudum, dicto preposito, dum ipsos ei porrigeret, dilucide exprimente, quod ipsius heredes et uxoris propinqui ipsorum consanguinei vel amici post mortem eorum nichil sibi in eisdem debeant vindicare juris, sed extunc recto ordine dicti mansi ad Brandenburgensem ecclesiam redeant cum plenitudine juris omnis. Cui ordinationi consensit per omnia et in omnibus prescriptus Willekinus, referens se istis, prout conscripta sunt fideliter in omnibus pariturum. Hec quia in nostra presentia acta sunt, recognoscimus et rogati duximus publicanda. Datum et actum apud Brandenburg, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVII<sup>o</sup>. XVIII. Kal. Maji, testibus hiis adhibitis: Johanne priore Brandenburgensis ecclesie, Johanne Greibone, Lamberto, Johanne de Belitz, canonicis Brandenburgensibus, Udone, Henrico Fabro, Wernero de Smerceke, Walthero de Camerwode, Henrico Buszowe, laicis civitatis ejusdem et aliis quam pluribus.

Nach dem Originale.

**XCIV.** Der Bischof Heinrich von Brandenburg fordert seine Geistlichkeit auf, den mit der Kreuzpredigt für Preußen und Livland in seinem bischöflichen Sprengel beauftragten Ordensbruder Konrad zu unterstützen, am 28. Februar 1266.

Henricus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Dilectis sibi in Christo, prepositis, Archidiaconis, plebanis, vicariis per Brandenburgensem Dyocesim constitutis, Salutem in filio dei. Cum ad vehementem instantiam ordinis fratrum domus sancte Marie Theutonicorum Religioso et discreto viro fratri Cunrado, Exhibitori presentium, Crucis negotium ad partes pruscie et lyuonie predicandum a sede apostolica sit iniunctum, ut per litteras eidem transmissas poteritis plenius edoceri, uniuersos nos et singulos monemus, hortamur et in domino attentius exoramus, quatenus ob domini nostri Ihesu christi laudem, et gloriose virginis reuerenciam, dictum fratrem Cunradum in omnibus suis agendis et promouendis, fideliter promouere curetis, Sic ut iam dictum Crucis negocium ad ipsius Crucificis gloriam cito desiderabilem et felicem fortiatur exitum et uobis propter hoc a diuina clemencia proueniat corona ciuium supernorum, Scientes quod dictus frater a summo magistro prefate domus, ad